

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ambicio f
cum fonte primo

Sicut is qui inuitatus renuit,
quesitus refugit, sacris est altaribus
admouendus, sic qui ultro ambit
uel inportunum se ingerit
est procul dubio repellendus.
Nam qui sic nititur ad altiora conscendere,
quid agit nisi ut crescendo decrescat
et ascendendo exterius,
interius in profunda descendat?

Gregorius in registro.

Sicut autem is qui inuitatus renuit,
quaesitus refugit sacris est altaribus
admouendus, sic qui ultro ambit
uel importunum se ingerit,
est procul dubio repellendus.
Nam qui sic nititur ad altiora conscendere,
quid agit, nisi ut crescendo decrescat
et ascendendo exterius interius
in profunda descendat?

Gregorius Magnus, *Registrum epistulorum*,
9.219 (CCSL 140A, D. Norberg ed., p.784,
ll.35-40).